Naturále petit Jus, benè quílibet
Ut de Munífico semper, & ádmodũ
(Quisquis sit) mereátur:
Quapropter cúpiens sequi
Naturam, Génitrix, ò Schola Régia
Oreélis, lúvenũ, sim licèt Advena,
Sicut Fílius, addens,
Me, Legésque Tibi dico.

JURIDICA ACERTA
ex sinuóso Imperiálium
Institutiónum
Oceáno, depromepta.

EX LIB. I.

I. CONSUETUDO vim Legis habet.
II. Manumíssio in fraudẽ creditórũ facta, nulla est.
III. Majórem natu minor nequit adoptáre.
IV. Dari Tutor potest non solùm Pat. fam., sed Fi. f.
V. Servus per manumissiónem cápite non minúitur.
VI. Datus autem Tutor, ad univérsum patrimónium datus esse créditur.
VII. Tutor remótus, ut suspéctus, ob dolum famósus est; ob culpam non æquè.
VIII. Tutéla finitur morte pupillórum.
IX. Fílii adoptáti, in nostrâ potestáte sunt.

EX LIB. II.

I. POssessor bonæ fidei facit suos omnes fructus consúmptos.
II. Inter res corporáles pecúniam numerámus.
III. Servitus onéris ferendi est impropria.
IV. Verus ususfructus non cadit in rebus fungibílibus.
V. Ad Usucapiónem requíritur bona fides.
VI. Testaméntum est Juris místici.
VII. F. F. potest testári de pecúlio castrénsi, vel quasi.
VIII. Pater nõ potest exheredáre filium, ni justâ causâ.
IX. Plures quis Codicíllos fácere potest.

EX LIB. III.

I. OBligátio mixta rectè áttinet ad secúndum juris objéctum.
II. Obligátio merè naturális est natúræ, et æquitátis vínculum, quo adstringimur ad áliquid dandum secúndùm jura nostræ Civitátis
III. Non ómniũ naturáliũ obligatiónũ eumdẽ esse effectum Jure civíli, defendimus
IV. Vínculum solías Juris civílis, quo ita quis adstringitur, ut summo Jure in eum sit áctio, sed quæ Jure Prætório infirmétur, oppósitâ perpétuâ exeptióne, est obligatio civílis.
V. Obligátio mixta est vínculum æquitátis, pari èr et Juris civílis, quo ita quis adstrí gitur, ut áctio éficax in eum detur.
VI. Omnes obligati nes, aut civíles sunt, aut Prætóriæ.
VII. Causæ obligatiónum sunt contráctus, quasi contráctus, malefitium, quasi malefitium.
VIII. Præter istas causas ordinárias sunt álias extraordinária.
IX. Pactum definítur: Duórum, vel plúrium in idem placitum, et consénsus.

Quę propugnábit D. D. Mariánus
Vergára, suppétias ei porrigénte
D. D. D. António Sanchez, et
Ruféte, XVII. Kalendas Januárias
M.DCC. LXXVI. manè.

CUM FACULTATE SANCTÆ
Inquisitiónis.
Vt. Balaguer Cent. Regs.
Dr. Miravéte, Rect. Univs.

D. Joachimus Rodriquez de Munera, Inventor.

Alagarda d. & sculp. Oriolę. P. C. sup.

R. 20.803

BIBLIOTECA PUBLICA FRONTAURA-LOAZES
ORIHUELA

M.E.C.D. 2016